



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri Benedicti

Meyenschein, Benedikt

Hildesii, 1725

VD18 10311831

X. Qualiter æstatis tempore agatur nocturna laus. Ejusdem laudis moderamen protinus audis, Fiat ut æstatis noctibus inde satis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65028)

- bb) *Id est, memoriter.*
 cc) *Latinè rogatio seu deprecatio, ex Gavano.*
 dd) *Vox græca, latinè idem, quod Dominus miserere. Ex S. Aug. ep. 178.*

12. FEBR. 13. JUNII. 13. OCTOB.

CAPUT X.

Qualiter aestatis tempore agatur nocturna laus a.

A Paschâ autem usque ad Calendas Novembris, omnis *b*, ut supradictum est, Psalmodiæ *c* quantitas teneatur *d*: excepto, quòd Lectiones in codice propter brevitatem noctium minime legantur; sed pro ipsis tribus Lectionibus una de Veteri Testamento memoriter dicatur: quam breve Responsorium subsequatur, & reliqua omnia, ut dictum est, impleantur. Id est *e*, ut nunquam minus à duodecim Psalmorum quantitate *f* ad Vigiliis nocturnas dicatur, exceptis tertio & nonagesimo quarto Psalmo. *g*

bl (dd)

a) *Agia*

a) Agitur híc, sicut *¶* cap. præced. de Officio feriali,

b) Id est, tota.

c) Non Psalmorum præcisè, sed totius Officii Divini.

d) Sive observetur.

e) Pro Ità scilicet.

f) Id est, nunquam pauciores Psalmi, quàm 12. saltèm æquivalenter propter quorundam divisionem.

g) Id est, præter Psalmos, Domine quid multiplicati, Et Venite exultemus.

13. FEBR. 14 JUNII. 14. OCTOBR.

CAPUT XI.

Qualiter Dominicis diebus Vigiliae agantur.

Dominico die tempèrius *b* surgatur ad Vigilias, in quibus Vigiliis teneatur mensura *c*, id est, modulatis *d*, ut supra disposuimus, sex Psalmis & Versu, residentibus cunètis dispositè *e* & per ordinem in subselliis *f*, legantur in codice, ut supra diximus, quatuor
Le-